

47 14.

DISSERTATIO PERIODICA

EXHIBENS

THESES QVASDAM

PHYSICO-CHYMICO-ME-
DICAS MISCELLANEAS

QVAM

PRAESIDE

IOHANNE FRIDERICO CARTHEVSER,
MED. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD.

DIE XX. MART. MDCCL.

PVBLICE DEFENDET

FRIDERICVS BORCHARD
BEROLINENSIS.



FRANCOFVRTI AD VIADRVM,

TYPIS IOHANNIS CHRISTIANI WINTERI,
ACAD. REG. TYOGR.



DISSENTATIO

EXAMINIS

THESES QUAS

PHYSICO-CHEMICO-ME-

DICIS MISCELLANEA

AVAV

EPHESINIS

JOHANNIS FRIEDERICI CARTHESIUS

MEDICINAE DOCTOR

PHILIPPO WARD M.D.C.C.L.

PHYSICO-MEDICINAE

PHYSICO-CHEMICO-ME-

DICIS MISCELLANEA

PHYSICO-CHEMICO-ME-

DICIS MISCELLANEA

PHYSICO-MEDICINAE





T H E S. I.



una influxu, proprie tali, h. e., hali-
tuum translatione, & introitu, vel
externo saltem contactu, nihil in
globo nostro terraqueo ad morbos
animalium ac vegetabilium produ-
cendos, mutandos, & curandos confert, sed,
quicquid fortè præstat, majori saltem vel mi-
nori atmosphæræ compressione efficit.

T H E S. II.

Aer maximam in corpora animantium vim
habet, & actio ejus tam singularis ac varia est,
ut quovis tempore specificè determinari ne-
queat. Energiæ itaque ambitum illi minimè
intelligere videntur, qui sub effectuum expla-
natione

natione ad mutatam solummodo gravitatem, densitatem, atque temperiem respiciunt.

T H E S. III.

Motus aeris tremulus, a tremulis corporis sonori particulis impressus, sonum excitat, undulatorius circumquaque propagat, & rectiligneus ad aures defert.

T H E S. IV.

Natura in vivis animantium corporibus continua instituit experimenta electrica, & inde quoque calor sanguinis unice derivandus est.

T H E S. V.

Calorem corporis humani sub certis circumstantiis morboſis adeo increſcere poſſe, ut corpus ſenſim comburatur, & in cineres fatiſcat, nec negare penitus, nec ſimpliciter cum neotericorum quibusdam, ad obſervationem provocantibus a), adfirmare audeo.

T H E S.

a) Exempla hujus commatis narrantur im Hamburgiſchen Magazin 1. Band 3. Stück p. 267. ſeqv.

T H E S. VI.

Bilis cystica non mera pinguedo rancida est, sed peculiaris liquor aqueo-mucilagineus saponaceus, volatilibus quoque particulis balsamicis donatus.

T H E S. VII.

Potus Coffee saturatio motum orgasmicum, & calorem in cruore magis, quam vinum generosissimum, eadem quantitate haustum, intendit, adeoque usus ejusdem intemperantior plethoricis & biliosis plus, quam abusus vini, nocet.

T H E S. VIII.

Vinum, similisque naturæ confortantia, tum diætetica, tum pharmaceutica, sanis & ægrotantibus robur sæpius eripiunt, quam reddunt.

T H E S. IX.

Systema nervoso-membranaceum, somno superveniente, relaxatur paullulum, eodem cessante, iterum stringitur; hinc somnus nimius, & vigiliæ nimie elaterem ac robur partium solidarum debilitant.

T H E S. X.

Acida ponderosa ac corrosiva mineralia, simplici duntaxat aqua diluta, suspecta sunt remedia, quoniam aqua levior consortium acidi gravioris facile iterum in corpore relinquit.

T H E S. XI.

Emollientia spasmos, in corpore abortos, valide quidem minuunt, frequentiore nihilominus eorum recursum, si nimium adhibentur, efficiunt.

T H E S. XII.

Tincturæ merè resinosa quoad subtiliorem solummodo partem ad sanguinem deferuntur, crassiores vero moleculæ in prima culina, ubi aliqua præcipitatio accidit, remanent.

T H E S. XIII.

Nullum datur venenum absolute tale, sed quicquid jam venenum pessimum est, alio tempore, mutatis scilicet circumstantiis, innocuum reperitur, immo haud raro heroicum evadit morborum remedium.

T H E S.

THE S. XIV.

Tincturæ argenti veræ ad entia imaginaria pertinent, et cunctæ, quæ pro iis venditantur, cupro originem debent.

THE S. XV.

Tincturæ auri veræ non radicali, sed superficiali saltem, h. e. non mixti, sed tantummodo aggregati solutione conficiuntur.

THE S. XVI.

Differentiæ ratio apud metalla non latet in subtili principio inflammabili sive sulphureo, quod in singulis unum idemque est, sed unice potius in fixa terra vitrescibili, quæ distincta reperitur; hinc ignobiliora quoque metalla parca tincturæ universalis, aut sic dicti lapidis Philosophorum additione in nobiliora, argentum videlicet, atque aurum, transmutari nequeunt.

THE S. XVII.

Dolores spasmodici sive spasmi dolorifici machinam humanam magis conservant, quam destruunt, nec promiscue igitur damnandi sunt.

THES.

THE S. XVIII.

Sabulum subtilissimum, sub lapidis molaris motu detritum, sensimque farinae mixtum, per vasa bibula ad sanguinem transfere nequit, nec calculum itaque, quod nonnulli tamen credunt *a)*, in renibus aut vesica generare valet.

THE S. XIX.

Inoculatio variolarum dubii eventus operatio est, & tutius pro mea sententia omittitur, quam instituitur.

THE S. XX.

Nunquam ipsa febris, sed sola tantum causa febrilis, quæ amaro hoc naturæ remedio tolli non potuit, hominibus mortem infert.

THE S. XXI.

A fascino nulli oriuntur morbi, sed cuncti, quos vetulæ & superstitiosi medici ab eo deducunt, consuetis, quanquam valde interdum abstrusis, causis naturalibus, natales debent.

THE S.

a) Vid. Paul Jacob Marpergers Miscell. Curios. drisse Sammlung No. 5.

Frictionum medicarum usus latissime patet,
& effectus earundem præstantior est, quam vulgo creditur.

THE S. XXIII

Vitia humorum, siue quantitate, siue qualitate nitantur, facilius in genere quam vitia partium solidarum emendantur, & facilius pariter adfectio posteriorum spasmodica, quam atonia tollitur.

THE S. XXIV

Scarificatio in plerisque morbis cutaneis, a tubulorum capillarum obstructione oriundis, venæsectioni palmam præripit.

THE S. XXV

Acrimonia sanguinis & lymphæ, ceu frequens ægritudinum causa materialis, in genere quidem ad acidam, aut urinofam, aut falsam redit, ob ingentem nihilominus subtilitatis, mixtionis, & compositionis varietatem, specifica ejus indoles mirifice differt, & in multis morbis



morbis tam singularis est, ut perspicue designari nequeat.

THE S. XXVI.

Aegri, qui plura sibi imaginantur, quam patiuntur, melius verbis, quam herbis curantur.



01 A 6512 (A)

ULB Halle 3
002 937 31X



f


TA → OL

nur Stk 10 bisher verknüpft
und Stück 39

R

1077






44

TIO PERIODICA
EXHIBENS
ES QVADAM
CHYMICO-ME-
ISCELLANEAS

QVAM
RAESIDE
DERICO CARTHEVSER,
ET PROF. PVBL. ORD.

MART. MDCCL.
LICE DEFENDET
VS BORCHARD
ROLINENSIS.



VRTI AD VIADRVVM,
S CHRISTIANI WINTERI,
D. REG. TYOOR.

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

